

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**M. Tullii Ciceronis XII. Orationes Selectae, juxta
Recensiones optimas emendatae Et cum Notis perpetuis
ac luculentis instar Commentarii ad modum**

Cicero, Marcus Tullius

Lipsiae, 1735

VD18 12833770

Inhaltsverzeichnis

urn:nbn:de:gbv:45:1-18041

INDEX
ORATIONVM.

- I. Pro ARCHIA.
- II. Pro M. MARCELLO.
- III. Pro Q. LIGARIO.
- IV. Pro REGE DEIOTARO.
- V. Pro LEGE MANILIA.
- VI. }
- VII. }
- VIII. } In L. CATILINAM.
- IX. }
- X. ad QVIRITES post REDITVM.
- XI. in SENATV post REDITVM.
- XII. pro T. ANNIO MILONE.

M. TUL-



M. TULLII CICERONIS
ORATIO I.
PRO A. LICINIO
ARCHIA POETA.

CAPVT I.

Si quid est in me ingenii¹, Iudices, quod sentio quam sit exiguum, aut si qua² exercitatio dicendi, in qua me non infi- cior³ mediocriter⁴ esse versatum⁵, aut si huius rei⁶ ratio⁷ aliqua ab optimarum artium studiis & disciplina⁸ profecta⁹, a qua ego nullum confiteor aeta- tis meae tempus abhorruisse¹⁰: earum rerum omnium vel imprimis¹¹ hic Aulus Licinius fru- etum¹² a me repetere¹³ prope suo iure deberet. Nam quoad longissime¹⁴ potest mens¹⁵ mea respicere spatium praeteriti temporis, & pueri- tiae memoriam¹⁶ recordati ultimam¹⁷, in-

¹ Quod si ego in studiis aliquid hactenus profeci. ² Si aliqua mihi est peritia in dicendo. ³ nego. ⁴ quodammodo. ⁵ exercitatum. ⁶ huius dicendi peritiae & artis. ⁷ modus, facultas, certa confirmatio, *ein recht Geschickte*. ⁸ Philosophia. ⁹ est, profluxit. ¹⁰ quo ego delectatus sum iam usque a pueritia mea. ¹¹ prae caete- gis omnibus meis doctoribus. ¹² emolumentum, com- modum. ¹³ rursus petere, vindicare sibi. ¹⁴ in quan- tum, *sie weit zurücke*. ¹⁵ memoria. ¹⁶ tempus. ¹⁷ primum.